



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitruvius Itervm Et Frontinvs

Vitruvius

Florentiae, 1513

De p[ro]prietate ite[m] no[n]nulloru[m] locoru[m] & fontiu[m]. Ca. IIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12979

LIBER

Ἄκρα μόνον δ' ὀδίχου χεῖλος ἀφάμενος,
 Αὐτὴ μαρπρῆς ἔπι χαοὶ δ' αἰρῆς ὀδόντες
 Νίπτουσι, τενύων ὄφθαλμά θέντες ἔδῃ

De proprietate item nonnullorum locorum & fontium.

Caput.

III.

Vnt etiam nonnullis locis fontium proprie-
 tates, quæ procreant, quæ ibi nascuntur egre-
 gis uocibus ad cantandū, uti Tharso, Ma-
 gnesia, aliisque eiusmodi regionibus, Etiamque Zama
 est ciuitas afrorum, cuius mœnia rex Iuba duplici mu-
 ro sepsit, ibique regiam domum sibi constituit, Ab ea mi-
 lia passuum uiginti est oppidum ismuc, cuius agror-
 um regiones incredibili finitæ sunt terminatione,
 Cum esset enim Africa parens & nutrix ferarū be-
 stiarum, maxime serpentium in eius agris oppidi nul-
 la nascitur, & si quando allata ibi ponatur, statim mo-
 ritur, neque id solum ibi, sed etiam terra ex his locis si
 alio translata fuerit similiter efficit, Id genus terræ
 etiam balearibus dicitur esse, sed aliam mirabiliorē
 uirtutem ea habet terra, quam ego sic accepi. C. Iuli-
 us Masinisse filius, cuius erant totius oppidi agro-
 rum possessiones, cum patre Casare militauit, is ho-
 spitio meo eiusus ita quotidiano cōuictu necesse fue-
 rat de philologia disputare, Interim cum esset inter
 nos de aquæ potestate & eius uirtutibus sermo, expo-
 suit esse in eo terra eiusmodi fontes, ut qui ibi pro-
 crearentur uoces ad cantandum egregias haberent,
 Ideoque semper transmarinos catastos emere formo-
 sos & puellas maturas, eosque coniungere, ut qui na-
 scerentur

serentur ex his, non solum egregia uoce, sed etiã forma essent non inuenusta. Cum hæc tanta uarietas sit disparibus rebus natura distributa, quod humanum corpus est ex aliqua parte terrenum, in eo autẽ multa genera sunt humorum, uti sanguinis, lactis, sudoris, urinæ, lacrimarum, Ergo si in parua particula terreni tanta discrepantia inuenitur saporum, non est mirandum, si in tanta magnitudine terræ innumerabiles succorum reperiantur uarietates, per quarum uenas aquæ uis percurrentes tincta peruenit ad fontium egressus, & ita ex eo disparet uariiq; efficiuntur in propriis generibus fontes propter locorum discrepantiã, & regionum qualitates, terrarũq; dissimiles proprietates, Ex his autem rebus sunt nonnulla, quæ ego per me perspexi, cætera in libris græcis scripta inueni, quorum scriptorũ hi sunt auctores, Theophrastus, Timeus, Possidonius, Hegeffias, Herodotus, Aristides, Metrodorus, qui magna uigilantia, & infinito studio locorum proprietates, aquarum uirtutes, ab inclinatione cœli, regionũ qualitates ita distributas esse scriptis declarauerunt, quorũ secutus ingressus in hoc libro perscripsi, quæ satis esse putauit de aquæ uarietatibus, quo facilius ex his perscriptiõibus eligant homines aquæ fontes, quibus ad usum salientes possint ad ciuitates municipiaq; perducere, Nulla enim ex omnibus rebus tantas uidetur habere ad usum necessitates, quantas aqua, Ideo q̄ omnium animalium natura si frumenti fructu priuata fuerit, arbustis' ue, aut carne, aut piscant, aut etiam qualibet ex his reliquis rebus esca

LIBER

rum utendo poterit ueri uitam, sine aqua uero, nec corpus animalium, nec ulla tibi uirtus potest nasci, nec ueri, nec parari, quare magna diligentia industria, quae quarendi sunt, & eligendi fontes ad humanam uitae salubritatem.

De aquarum experimentis. Caput. V.

Experimentationes autem & probationes eorum sic sunt prouidenda, Si erunt profluentes & aperti, antequam duci incipiantur, aspiciantur, animoque aduertantur, qua membratura sint quae circa eos fontes habitant homines, Et si erunt corporibus ualentibus, coloribus nitidis, cruribus non uitiosis, non lippis oculis, erunt probatissimi, Item si fons nouus fuerit fossus, & in uas corinthium siue alterius generis, quod erit ex aere bono, ea aqua sparsa, maculam non fecerit, optima erit, Itemque in Aheni si ea aqua defersa facta, & postea requieta & defusa fuerit, neque in eius Aheni fundo arena, aut limus inuenitur, ea aqua erit item probata, Item si legumina in uas cum ea aqua coniecta ad ignem posita, celeriter percocta fuerint indicabunt eam aquam esse bonam & salubrem, Non etiam minus ipsa aqua, quae erit in fonte, si fuerit limpida & perlucida, & quocumque peruenierit, aut perfluxerit, si muscus non nascitur, neque iuncus, neque inquinatus ab aliquo inquinamento is locus fuerit, sed pura habuerit speciem, inuenitur his signis, esse tenuis & in summa salubritate.

De perductionibus & librationibus aquarum, & instrumentis ad hunc usum. Caput. VI.